

F-a

2

Q. D. B. V.

EXAMEN CHYMICO-MEDICUM
FONTIS SOTERII

KUPPISENSIS,

Qvod,

Consentiente Amplissima ad Auram Facultate Medica,

Sub PRÆSIDIO

VIRI

CELEBERRIMI atque EXPERIENTISSIMI

D_n. HERMANNI DIE-
TERICI SPÖRING,

Med. Doct. & Prof. Ord.

Nec non

Societ. Scient. & Lit. Svec. Membr.

Publicæ Eruditorum censura submittit

JOHANNES EKELUND,

Ostrob.

In Audit. Maj. ad diem XIX. Decembr.

An. MDCCXLI.

Horis ante meridiem consuetis.

ABOE, ex eisd Joh. Kizmpe, Reg. Ac. Typ.

1962 : 1377

TO
THE MOST HONOURABLE
**SIR JOJACHIM GEOR-
GE von GANSCHOU,**
Colonel of His Majesty's Regiment of Infantry in
East-Bothn.

SIR,

What I never thought worthy of publishing, I now,
under the shelter of YOUR protection, venture to
dedicate to YOU Self, as being the first fruit's of that ut-
most gratitude and duty, which I profess myself deeply obli-
ged to render. I have also put forth to sea this little Bar-
que of mine, which is charged with waters, though some
wholesom ones. It carries Your Name upon it, and sails
under the Banner of Your favour and encouragement: To
Your coast, SIR, it first puts in, not doubting the harbour
of Your great generosity. I have nothing more, but to de-
clare to the world by this, how much I am obliged to YOU
for multiplied favours; to supplicate The Great God for the
accumulation of His mercies upon You, and to assure You,
that I always remain with utmost respect,

Sir,

Your most
obedient and
humble servant
JOHN EKELUND.

ADMODUM REVERENDO ATQUE AMPLISSIMO
DOMINO,

DN. MAG. CLAUDIO
HEDMAN,

Ecclesiarum Wasensium Antifiti, Adjacentium Pa-
roeciarum Præposito, Scholæque Trivialis Ephoro,
meritissimo, gravissimo.

MÆCENATI MAGNO.

Morte immatura Parentis, Stygiis mergi aquis spes
videbantur omnes mee, TULLIS Favor naufrago subve-
nit, & rati imposuit securæ, ut Pactolo quodam uchi mibi
viderer, & Liquore Pegaseo ac Fonte Æsculapii labra
proluere potuerim. Vive diu Zionis imbre irriguus, &
fave in posterum quoque studiorum cursui, donec in arena
constitutus, donaria majora possim TIBI appendere. Jam
nihil, nisi eam, que Xerxi olim placuit, Aquam porto
limpidissimam, martialem tamen spiritibusque tur-
gidam, SINCERITATIS, CONSTANIIÆ & ARDENTISSI-
MI AMORIS REVERENTIAE symbolum, quo ad cineres
usque insignetur

ADMODUM REVERENDI ATQVE AMPLISSIMI
NOMINIS TUI

cultor humillimus
JOHANNES EKELUND,

TO
The Ingenious Gentleman,
Mr. JOHN EKELUND, Esq;
When publishing his learned Dissertation on
KUPPIS-WELLS.

H^Ow fair AURORA smiles at AURAS lovely shore,
Where KUPPIS-WELL imparts of her entrusted store:
At ABO'S flowry side, as glorious to the view,
As verdant Fields, when deckt with mornings pearly Dew!
Who don't admire those gifts, which heaven does bestow
On Country's any where, with plenty springs, below?
The BATH'S most charming place, where AQUAE SO-
LIS run
As warm, as ever do the beams of burning Sun:
The BRISTOL'S famous Tivon for springs from Chrystall rocks:
Our N'NDAL'S, MEDEWI'S, RAMLOSA'S plenty stocks;
But sure I am, SIR HANS, and STUARD, Doctor MEAD,
If tasted KUPPIS-WELLS, should not for TUNBRIDGE plead,
But like our WELL, that still unfrozen does remain,
Nor by the sharper air return's to ise again,
Or shredded clouds, but all our parching cares diffuses,
Like EDEN'S sprightly springs and HERMON'S softning dews.
To AURAS LEARNED SON'S, give thancks our ASCULAPE,
Who gave to KUPPIS-WELLS both mirth and other Shape;

Tis

Tis DOCTOR SPÖRING, tis the Man, who gallant meets
And with the cordial drops of KLIPPIS cups You treat'st
He for a Fee won't cheat the fair ones of their lives,
Nor sturdy husband's rid of their goodnatur'd wifes.
Well MÄSTER EKELUND, well! we praise Your modest aims,
Who with this learned piece will lay to honour claim:
You're bred a Gentleman, and well in learning skild,
A good Physician, when you've got your churchyard fill'd.
But pardon: Physic, wells and all your too's I dread;
ULRICA LEONOR the greatest QUEEN is dead!

PETER FILENIUS.

D. & Pr. of Divinity, Rector
of the University, and F.R.S.

Doctissime & amicissime Domine
EKELUND.

Vam cecinit quondam sublimi Pindarus ore
Nulla Thalia reor non celebravit aquam ;
At ubi cum leni junxit connubia Marie
Naias est Medico plus adamata choro.
Quæ colitur castis namque ignibus usque puella,
Ter tamen illa magis si bene nupta placet.
Scilicet est princeps inter bona munera vitae
Reddere vitales apta medela vires.
Kuppisias, EKELUND, celebras dum, optime, Nym-
phas
Videris in nostram præciniuisse vicem :
Plurima quæ Thetis hic seu limpida volvitur unda
In niveo gestat pharmaca leta sinu :
Flaminis ætherei partus auramque fugacem
Martis & alkali nectere vincla doces.
Fœderis exuviae rupti seu Naias protes
Ut fundum præceps orba parente petit.
Quæ virtus laticis, quæ vis celeberrima lymphæ
Corpus in humanum, pagina dicta monet.

Non

*Non juvat infomnes in chartis ponere noctes;
Heluo librorum qui volet esse furit:
Nataram Natura docet, nec discitur unquam
Ni propriá fuerit rite ligata manu.
Hoc morbus pacto, hoc & medicina patebit.
Gratulor ingressum; quod bene cedat, iter!
Et Tibi Kuppisios fontes persolvere grates
Cernam; quo Musis pignore charus eris.*

JOH. BROWALLIUS.

S. Tb. Doct. & Scient. Nat. Prof.
Fac. Phis. b. t. Decanus.

CYRILLUS JOH. CREEPS.

Peregrinie atque Politissime Domine RESPONDENS,
Amice honoratissime & integerime.

Dilectio haec a Te, Politissime Domine Respondens, intra spatum aliquot dierum felici calamo conscripta, mentem Tuam elegantium ac optimarum rerum adeo esse feracem declarat, ut egregie huic effato satisferis: Eruditus semper aliquid ex se promat, quod alios delectet ac ipsum laudibus illustret. Novimus equidem, Amice suavissime, eruditionem Tuam pulcherrimam, & insignes animi doles, multis viris praeclaris jam dudum perspectas, nostro ne minimū quidem egere praeconio; ast quum ea bonarum artium sit vis, ut neminem non in amorem atque admirationem sui trabant impellantq; & praeterea brevis illa, quae nobis Tecum feliciter obtigit conversatio, perfectum nobis attulerit oblectamentum, injurii merito existimaremur, & officii nostri immores, si nostrum in Te affectum prorsus singularem, quamque de successibus Tuis coepimus laetitiam, quadam data occasione testatam non redderemus. Ansam itaque jam na-
di commodam, Tibi Politissime Domine Respondens, ex animo gratulamur, hoc ingenii Tui altiora spirantis, egregium specimen; Gratulamur insuper Reipublicae literarie, & Chro-
ro Eruditorum Civem ac Membrum, doctrina morumque concinnitate, ornatissimum maximeque conspicuum. Longius in laudes Tuas excurrere, modestia Tua Politissime Domi-
ne Respondens, hanc permittit. Supremum igitur Numen sup-
plies veneramur, velit Te, animi corporique vigore floren-
tem quam diutissime servare, ut eximiam istam spem,
quam de Te conceperimus omnes, feliciter expless. Sic nulli
dubitamus, quin praeceperimus, quibus virtus & eruditio culores
suos insignire solet, Te brevi visuri simus ornatum.

prolixiori affectu quam
verbis adplandit.

CAROLUS JOH. CREUTZ.

Fægne - Tah
Til
Herr AUCTORN.

ETahnande ting, om ei ofelbart tekn til et lands snare
annalkande fægræste blomster- och gyldene tid, måtbee
åtminstone wara, ner folck af widare begrep och di-
jare Witterlek, wenda sin bog och spenna all sin eftertan-
ka terhen, at med sammade krafter och drift, utleeta, be-
pröfwa och å daga legga, the förmåner och skatter som
Gud och naturen i Fædernes landet nedlagt hafler. Es
mer en fægnesme och biert-quickande tekn til en ofwen
sådan gyldene tid i Sverige visar sig otvistwelakteligen ther-
uti, at dena tiden meer en någonsin tilförene widfrägda-
de Menn, skarpa och genomträngande sinnen, quicka
och muntra sniller, låta sit högsta bemödande wara, at i sit
egit Fædernes land, vårt kera och dyra Sverige, ofwen up-
tecka, att bwad best bes trefna invänare til någon för-
mån, til gagn och hylster lenda kan. Alt mitt innersta op-
röres af glædie, ner jag wid mig self betraktar, bwad dyra-
bara, bwad hæfvolamma och högst geynande ting, man den-
na tiden i Sverige upfunnit. Hvar bloddräppa spritter af
xöe, öfver bwar minsta fynd man i mitt Fædernes land giör.
Ibn summa innliga fægnad epwerner nu å nyo mitt bier-
ta, ta min Broder afden låter sig angeleget vvara, at jem-
te ådaga eggande, af sin mogna insikt, och nærmare ken-
redom af the ting som befordra eller kultsöta vår krops-
belsa och velfard, nogare uptecka och til allas eftertag-
telse i liuser framgisvva ihm kosteliga lekioboot, mot bware-
jebanda kroppens elgenkeller, som s vårt Kuppis vattn,

före

fordold ligget. Men förlät mig min Broder, at jag
vvid yttrande af samma fegnad betygar efven för mitt Fe-
dernestands språk större kerleek och vvoordnad en för nå-
got annat meera geng'e tungomäb!. I förläten ock thet
omsbeden, at jag ei rosar Eder i ögonen. Men thet enda
är jag bögst förän åten till at önska Ehr lycka vvid Ebts
förebafvande. Jag gör thet ock till et slut på ren Sven-
ska, af et rent Svennskt hierta. Gud gifve Tig lycka min
Broder, och lätte Tig snart begynna at niuta then vvinst
som en i fa många åbr ned'agd möda och omkostnad, ock
oberigenom vrunnen skickelighet borde af sig kasta.

M. JOHANNES ÆIMELÆUS.

Til Herr Auctor,

¶ N ångels wiga språng the fræncka fôrdom gladde/
Når han med guda-kraft utrustad svångde ned
Uti Beiheda dam / och vattnet thär tilstaddé
Then siuka gjöra frïj från smärta/ som han led.

Thet war få ingen seen at ned til dammen styrre:
Ty så war corens art/ man skul' i vattnet gå;
Med kræcta och med kiäpp the hwar om annan fullra;
En lamet/ halt och blind sin helsa wille få.

Øf gläder än i dag vår Gud/ Then wïse/ Stere,
Som/ skjönt wïj Ambassade af ånglar nu ej se/
Uhr Norden's dolda rum/ fast stela berg thet more/
Upfallar brunnar/ som of wederqwâkning gie.

Och det som mera är/ ej helso-vattnet sluter
I en och annan tæn: et under-jordiskt haf/
Om jag thet kalla bdr/ han allestâds utgiuter/
Som ström-wijs rusar fram och liksom går i ras.

Wij ha bewijs thårvå/ når wijs allenast wandra
Til Eder lärda skrift/ Herr Auctor/ som nu ceer
Øf Kuppis Helso-brunn; en kostlig brunn bland andra/
Som uti HÆL och KRÆFTE ej många eftergier.

I ha'a med mycken sitt desjart så uttransakat/
Dch genom många PRÖFS så nät å daga lage/
Så at jag tror I sielf af Agannippen smakat/
Dh hvilat på den ort thår wijket bor i pracht.

Ehr signe dertör' Gud; med sälhet Ehr bekröne!
Ehr wälgång blomstre täckte uti en hufsig nähr!
Ehr dygd och munterhet sielf himlen ömnigt löné
Med gyldne fruchter i et ewigt blifvand åhe!

Önskar
en strogen wän och tenuare
JO. GEZELIUS pr.

I. N. f.

§. I.



Nsignis certe & prorsus mirabilis est medicarum aquarum in medendo vis atque efficacia. Hæ enim remediorum reliquorum, artificiosissime tæpe, & anxiò quam maxime studio excogitorum, energiam longe superant, teste tot seculorum experientiâ. Harum debito & congruo usu, morbos, etiam desperatissimos, omnemque prorsus humanam opem respuentes, mirifice tæpe sanatos novimus. Et quid quæsto pro evertendis rebellibus chronicis morbis, divino hoc remedio, & tutius & utilius unquam excogitari potest? Crassa & acria diluit atque temperat, obstrœcta reserat, laxa firmat atque roboret, superflua tandem & naturæ inimica, per congrua emundatoria eliminat, penitusque ex-

A

corpos-

corpo proscrabit. Hinc robur, vigor, calor corpori insinuatur, atque redditur. Accedit ad hoc, quod ubivis fere locorum, & quidem vili pretio prostet. Pauperes ergo, quorum facile caducam sanitatem, speciosis multoque ære comparandis medicamentis, erigere non permittit res angusta domi, heic promptuarium inveniunt medicinale, ut simplicissimum, ita etiam exoptatissimum. Pio itaque animo extollimus infinitam adorandi nostri Creatoris bonitatem, qui hanc aquis nostris soteriam vim, quæ tam stupendos in corpore nostro edit effectus, tam larga atque benigna manu instillavit.

Nos, qui arctoam hanc telluris regionem incolimus, expositi quam maxime sumus variis aëris injuriis, frigoris præsertim, cuius hæc in corpora nostra vis ac potentia est, ut variis, nediam innumeris, incommodis disposita atque obnoxia reddantur. Impeditur enim hoc ipso saluberrimum secretionum & excretionum in corpore nostro, negotium, ipsaque, quæ sanitatis nostræ sacra anchora merito audiat, insensibilis transpiratio, quæ languida vel prohibita, ipsa languet & deficit sanitas. Accedit victus crassior

3

fior & durior, succorum intra corpus copiam
accumulans; unde gravissimi exsurgunt morbi &
mala nostra endemia, ut reliqua jam taceam.
Hisce malis nostris, medicinam vere heroicam
benigne paravit divina providentia, dum fontes
medicatos e terrae gremio passim in *Patria* pro-
pullulare voluit, in quibus certe efficacissimum,
contra morbos apud nos nullo non tempore fa-
miliares, quibusque ex necessitate quadam labo-
ramus, antidotum jure meritoque est queren-
dum. Eorum in numerum referri meretur
FONS noster KUPPISENSIS, cuius saluberri-
mus latex haud interruptis radiis in confinio
Aboæ nostra, in ægrorum salutem proficit. Hu-
jus proprietates, ut exploratas atque perspectas
nobis redderemus, ipsam ejus aquam vario sub-
jecimus examini, indagaturi, quidnam præci-
pue sit illud, quod tanta hanc virtute medica-
trice imbuat. Quæ hunc in finem instituimus
experimenta, tecum *B. L.* jam communicare a-
nimus est. Accipe itaque æquo animo, tenuia
hæcce conamina, quæ pretium non aliud habe-
bunt, quam quod naturam, quantum in no-
bis fuit, quantumque temporis permisit angustia,
presso pede fuerius fecuti.

IN limine operis adhuc dum sumus, ab instituto nostro non alienum fore existimamus, paucissimis, quantum nobis constat, fontis nostri *historiam* tradere. Verum cum annales nostri, non multam illius faciant mentionem; indicasse sufficiat, jam REGIS ERICI SANCTI tempore illum innotuisse & imprimis memorabilis hoc nomine, quod HENRICUS EPISCOPUS, Regis in expeditione fennica socius, Fennos nostros religionem Christianam tunc temporis amplectentes, sacro lavacro ex FONTE hoc KUPPISENSE tinxerit: unde etiam ab eodem tempore fons *Sti HENRICI* fuit appellatus.
vid. Loccen. Hist. Svet. p. 76. Num vero in usum ægrotantium fuerit adhibitus, non æque facile patet. Interea superstitiosa illum religio ne a tunc temporis hominibus fuisse cultum, probabile omnino videtur. Talem enim fontium cultum illo ævo in usu fuisse, multa testantur historiarum monumenta. Tales fuere fontes *Sti SIGFRIDI* in Westrogothia, in quo Rex OLAUS SKATTKONUNG baptizatus, *Sti TORSTANI*, item *YNGEMO KIGILLA*, ægrotos

grotos sanandi dote quondam incluti, quos gen-
tilismi papatusque temporibus Divis hisce san-
ctisque munuscula oblationum loco dabantur,
& a remotis oris peregrinationes suscipiebantur.
Ejusdem etiam notæ fuit fons ille SWINGAR-
NENSIS in Uplandia, ut reliquos taceam. Quod
nostrum hunc *Sti HENRICI FONTEM* atti-
net, certum est, in fundo ejus quam plurima
reperta fuisse ejusmodi munuscula a superstitionis
hominibus in spem futuræ sanitatis, oblata: qualia
erant, diversæ magnitudinis nummi argentei,
cuprei, acus, clavi &c.

Ante sexaginta & quod excurrit annos, de
fontibus soteriis in Suecia altum erat silentium,
donec tandem *Illustris URBANUS HIAERNE*
(a), postquam variis peregrinationibus, extero-
rum fontium medicatorum, qui *Acidula* voca-
ban-

(a) Conf. Ejus *LJELLA VIETUPROF-
WARE* ab init. För sin eller otta år sedan
var i Sverige om Surbrunnar en stor tyfta;
the woro här så okiände som elefanter och
mushörningar/ och så stor våhn at finna
them hos os / som thet Guineista Gullfiske.
Nu hörer man talas om Surbrunnar ehtwars

bantur, proprietates, multo certe sudore chymicoque labore sibi acquisivisset, primus inter nostrates fuit, qui fontes tales, ægrotantium in usum, patro in solo, felicissimo successu invenit. Hoc ceteris in Patria Medicis talivam movit, addidit etiam calcar, diversis in locis ejusmodi scaturigines investigandi. Fuit quoque optimi conaminis hic egregius effectus, ut tempore, quo jam vivimus, nullam fere in Suecia provinciam inuenias, fonte aliquo Soterio destitutam. Primus, quantum novimus in Fennia, qui *fontis nostri Kuppensis* saluberrimum laticem ægrotis propinavit, fuit medicinae quondam in Regia hac Academia PROFESSOR CELEB. ELIAS TIL LANDS, cuius præsidio & curâ, aperto fonti, nitida superstructa fuit domus, una cum Nosocomio, pauperibus accommodatissimo. Post optimi viri obitum, curam fontis sustinuerunt successores, donec, sub invasione hostili, Curatoribus orbus, relinquetur incultus. Redita autem per divinam gratiam rerum optima pace, quis non credidisset pristino illum reddi-

man kommer/ och är nästan ingen ort/ Hvar
 tum
 man icke vill finna them.

tum fuisse honori? Longe tamen aliter accidit,
publico quippe programmate innocuus fons, (ne-
scio qua ratione) e censu genuinorum medi-
catorum fontium proscriptus fuit, cum tamen
tot antecedentium annorum experimenta ægros
tantum summo cum levamine sustinere valuerit.
Interea tamen temporis, non defuere fonti no-
stro cultores, amicique hospites.

Hæc fontis erat conditio cum curam ejus in
se susciperet CELEBER. Dn. PRÆSES, qui,
cognita prius saluberrimæ hujus aquæ indole,
hanc ipsam ægrotis, prudenti coque optimo
consilio quotannis potandam suavit; hocque
modo ipsi pristinam dignitatem restituit, &
ne quid decesset hydrophilorum commodati,
sumptibus illorum, spatiofam admodum domum
supra fontem extrui curavit.

§. III.

EXigit proposita ordinis ratio, ut in fontis nos-
tri *contenta* jam inquiramus. Primum ita-
que elementum, quod in aquis nostris hospita-
tur, est *Spiritus* ille mineralis, æthereo-elasticus,
volatilis, aquarum medicatarum partem deli-
batissimam constituens.

Dum

8

Dum aqua nostra vitro excipitur, apparent in fundo & ad latera vasis, bullæ innumeræ, maiores aliæ, aliæ minores; ex superficie quoque aquæ totidem, satis conspicuæ in altum profiliunt, naresque bibentium pertulanter feriunt; quæ vero momento citius in auras se se resolvunt atque explicant. Has autem bullulas esse spirituose illud elementum, quod aquis nostris tribuimus, facile quisque videt. Ex harum numero copiosissimo, luculentiter appetit, fontem nostrum largissime in consortium suscipere spiritum huncce mineralem. Idem testatur *sapor* penetrantissimus, nec non *odor*, quem halite suo sulphureo-vaporoso, abundanter spargit: quo etiam proximam fonte domum & tractus vicinos implet, ut cœlo in primis pacatori atque nubilo, præsentium narres gravissime feriat. Bullularum vero ad superiora eluctatio & in vapores refolutio, summam spiritus nostri enunciant mobilitatem, agilitatem, volatilitatem atque elasticitatem: imo ipsum, non nisi ætherem subtilissimum, acido-sulphureo-minerali quodam principio, purissimo tamen, imprægnatum esse, evincunt. *Æthereum* hocce prin-

principium, quod spiritus nomine designamus,
agilitate atque motu suo intellino, summam a-
quis nostris conciliat pelluciditatem. Hac enim
ratione particulas aquæ innidulantes hæterco-
geneas, reddit invisibiles, ita ut oculos, etiam
armatissimos, effugiant. Hinc unionem & mix-
tionem illam intimam, quæ inter particulas a-
quæ & mineralium in ipsa contentarum, interce-
dit, unice perficit. Nam ubi hic, qua gaudet vola-
tilitate, atq; mobilitate, aquas deserit, turbidæ eva-
dunt, vapidæ & inutiles. Quod luculentissime oculis
sistitur, si aqua nostra aliquamdiu liberoris aëris
accessui exponitur. Jure igitur meritoque vo-
catur spiritus iste, aquarium mineralium anima
& pars delibatissima. Sanitati ergo suæ melius
prospiciunt illi hospites fontani, qui absque ulla
mora, aquam nostram ex fonte recenter hau-
stam statim ingerunt. Hac enim ratione, una
cum aqua participes fiunt subtilissimi hujus spi-
ritus, qui aliter in auras avolaret, vel sola ma-
nuum tractatione vitri, quo inter bibendum u-
tuntur. Qui vero præ ventriculi debilitate, fri-
gidam ferre non possunt, ad mandatum Medi-
ci præsentis, hanc tepidam potare debent; la-

B

genis

genis prius probe obturatis & in aliam jam ca-
lefactam aquam immersis, id efficiant. Aquæ
vero in lagena contentæ, dimidiam tantum par-
tem exhaustant; residua enim nil valet. Idem
queque observent, qui aquam nostram, domum,
vel ad alia loca transportare tenentur. Summa
præterea prædictus est spiritus iste vi expansiva atq;
elastica. Aquâ enim vitro inclusâ & fortiter quas-
satâ , remoto tandem obstaculo, vi quasi prorum-
pit pars ejus exitui proxima. Idem demonstrant
vasa vitrea , aquâ nostrâ nimis repleta, quæ ac-
cedente , vel levi calore, vel nimis cito illorum
obturatione, franguntur & in frusta diffundiunt. Æ-
ther enim intra poros aquæ detentus, agitatio-
ne vel calore in motum agiliorem concitatus,
vi qua pollet sese dilatandi, dicta phœnomena
producit. Hæc quoque proprietas spiritus nostri
in caussa est, quod lance hydrostatica explorata
aqua, gravitatem aliquam mentiatur; fugato ve-
ro hoc, altius immergebitur instrumentum statis-
cum. Hinc etiam derivanda est ratio, cur ca-
put temulentia gravetur, & somnus, aquam hanc
potentibus, inducatur. Hinc itidem apparet,
cur aqua nostra ad libras octo, & ultra, hau-
sta ,

sta, neque mole, neque frigore suo, ventriculo o-
neri sit. Ex dictis vero coniunctim sumtis, (ad-
dita tamen profunda, qua sine dubio, e terræ
sinu emanat, origine) facile liquet, cur fontis
noſtri, neque gelidissimo, neque fervidissimo ſub
cœlo, ulla unquam obſervetur ſenſibilis muta-
tio vel imminutio.

Hic autem ſpiritus, quem copioſiſſime alunt
aqua noſtræ, inſignes in præſervanda ſanitate &
avertendis morbis, praſtat virtutes. Hic ut ſub-
tiliſſimus, ita quoque penetrantiiſſimus, minima
valorum permeat, obſtructa aperit, debilia ro-
borat, & omnis generis excretiones tandem pro-
movet.

§. IV.

Alterum fontis noſtri ingrediens eſt ipſa A-
qua, ſimpliciſſima, contentis reliquis ami-
cum præbens ve hiculum.

Limpidiſſimam hanc noſtram eſſe & frigi-
dam, §. præcedente, verbo innuimus. Stati-
ca lance ponderata, levifſima deprehenditur.
Puriſſima quoque profluſit, & ab alia quacunque
nullo modo inquinatur. Natale autem ſolum
ſi ſpectaveris, etiam illud ad bonitatem aquæ

nostræ haud minimam confert symbolam. Pro-
rumpit autem hæc, e terra, quantum strata ri-
mari licuit, arenoso-lapidosa, in radice collis
declivioris & campo satis amœno, coque spatio-
fissimo. Hinc rapido cursu agros & arva ci-
vium, partemque urbis ex orienti australē per-
luit, ubi tandem in amnem Aboënum, alias
Auram, devolvitur. Præter hunc nostrum, erum-
punt etiam extra domum fonti superstructam, tres
alii, minores tamen, latices, qui cum hoc u-
num formantes canalem, accedente aqua plus
viali, agitandæ molendinæ sufficiunt. Quantita-
tem igitur aquæ profluentis determinare, cu-
riosum magis & laboriosum, quam utile foret &
necessarium. Ut vero proportionem solidi ad
fluidum inveniremus, hoc est, ut erueremus,
quantum solidi in data quantitate aquæ nostræ
contineatur; lenem instituimus evaporationem ad
ficcitatem: atque ex quatuordecim libris medicis,
grana tantummodo decem obtinuimus solidæ
materiæ, quæ ejusdem erat faciei ac indolis cum
ochra ex alveolis collecta atque excepta.

Hoc autem elementum, ut basin & maxi-
mam partem fontis hujus, ita etiam sanguis

nis

13

nis nostri constituit, ejusque liberiores
& æquabilem circulum atque progressum ab-
solvit ac perficit. Et, ut vita & sanitas ab hoc
unice dependet; ita ad tuendam hanc, & con-
servandam illam, maxime est necessaria aqua.
Ingesta, hoc est, alimenta & potulenta nostra,
qui paulo attentius examinat, facile videt, et
iam eorum maximam partem esse aquam. Hæc
enim omnibus naturis & æstatibus est accommo-
datissima, & absq; hac, nulla vita, nulla sanitas
persistere potest. Quod iterum iterumque repe-
timus. Prout igitur conservationi corporis no-
stri inservit; ita quoque ad avertendum ab
eodem, quæ noxia sunt & hostilia, non datur
hac ipsâ efficacius remedium. Aqua etenim,
ut salinorum omnium appropriatum & adæ-
quatum est menstruum; ita etiam salia intra cor-
pus nostrum morbosa solvit, & data via exturbat.
Arida porro humectat, viscida attenuat, rigida
laxat atque emollit, acria temperat & absorbet
&c. Verbo: Aqua, vel sola, vel vigorata, omne
in medendo absolvit punctum: atque hac quo-
que ratione, Medicinae Universalis verum no-
men, multa per secula mexuit, & post hac
etiam tuebitur.

§. V

Tertio, quo agit principio fons noster, est *Sal Alcali.*

Ad investigandum hocce elementum, libras XV. aquæ, destillationi subjecimus, quas ad remanentiam libræ unius abstrahi curavimus. In unciam semis hujus residui instillavimus aliquot guttas syrapi violarum, exakte coerulei, qui momento citius colorem viridem induebat, in infallibili documento, aquas nostras momentum alcali in sinu alere. Quod vero hoc experimentum non succedat cum aqua recenter hausta, quæ syrupum istum prorsus intactum relinquat, quatenus id phœnomenon a minori acidi præsentis quantitate dependere non poterit, illam subesse causam existimamus, quod alcali, præsente adhuc elemento spirituoso, cum acido eius subtilissimo, intimam subeat mixtionem, ut intra aquæ poros detentum alcali, sal neutrum evadat. Poterit etiam ferrum in aqua hospitans, hujus acidi gerere portionem, quæ ad constituendum, quod loquimur sal neutrum, contribuat. Eo vero dissipato, præsentiam suam prodit alcali. **Quam assertionem illustrare poterint experi-**

experimenta, quæ docent alcalia, mediantibus acidis, solvere metalla. Notari autem meretur, quod salia & medicamenta neutra, qualia sunt Terra foliata tartari, Liquor minralis anodynus Hoffmanni &c. perinde ac aqua nostra, color rem syrapi violarum non immutent. Hinc quoque derivanda videtur ratio, cur aqua nostra cum acidis sensibiliter non effervescat. Ex dictis autem asseverare non dubitamus, aquam nostram intra alveolos suos adhuc contentam, esse mediæ naturæ. Quale vero tal ex nostra hac aqua, chrystillationis ope elici poterit, aliis examinandum amice commendamus; quum jucundissimum istud experimentum, ut a nobis jam instituatur, vetet summa, qua premimur, temporis angustia.

Hoc autem ingrediens, saponacea, qua pollet virtute, summam & revolvendi, & detergendi atque deobstruendi vim aquis nostris inspirat atque conciliat.

§. VI.

Quartum denique elementum, quod aquas nostras incolit, est *Ferrum*.

Quod martialis sit prolapse fons noster, testatur

statur sapor atra mentosus. Idem loquuntur
 canales fonti vicini, materia ochracea, flava,
 ubique referti. Ova & linteal aquæ immersa,
 colore flavo obducuntur. Idem testimonium
 perhibent flocculi, post dissipatum spiritum æthe-
 reo-elasticum, ad fundum vasis accidentes: nec
 non excrementa bibentium colore nigro tincta.
 Insperso porro gallarum pulvere, colorem elegan-
 ter purpureum, momento citius recipit aqua,
 ex puteo recenter hausta; quod certissimum est
 indicium, in aquis nostris elementa ferri hospi-
 tari atque contineri. Notatu vero quam maxime
 dignum est, aquam liberiori aëni expositam, o-
 mnem cum gallis respuere atque recusare tinctu-
 ram. Fugato enim spiritu subtilissimo, qui mo-
 tu intestino ramenta ferrea, intra aquæ poros de-
 tinebat, mineralis quidpiam in auras abripitur;
 particulæ vero graviores & fixiores ad ima va-
 sis detruduntur. Hinc facile est concipere, qua-
 ratione aqua, hoc modo tractata, non solum
 saporis expers & inutilis remaneat; sed &, qua-
 re particulæ gallarum non aggrediatur, & cur-
 earundem colorem immitandi impotens evadat.
 Instillatis vero aliquot guttulis spiritus vitrioli,
 dispa-

disparent rursus flocculi ochracei, jucundo sa-
ne spectaculo. Hic enim, dum scobem Ferri dis-
solvit, intime eandem in poros aquæ denuo
insinuat. Elota probè ochra, quæ canarium
parictibus adhæret, debitaque encheiresi in i-
gne tractata, ferri, nec non sulphuris, longe
tamen subtilissimi, prodit vestigia apertissima.
Hæc quoque cum sale ammoniaco in flores sub-
limata, cum spiritu vini rectificatissimo largitur
tincturam martialem efficacissimam.

Ex hoc principio fontis nostri, divi-
na illa virtus, quam in avertendis morbis exer-
cit, unice fere derivari potest. Hoc enim leni-
ter fibras corporis nostri constringit, hoc to-
num earundem dejectum restituit, roburque i-
psis addit exoptatissimum. Hinc contentos im-
vatis succos, validius propellere & inde penden-
tes salutares effectus producere, valent.

§. VII.

EX dictis liquido fluit, eos risui peritis esse, &
coecam prodere ignorantiam, qui aquas mi-
rales, naturalibus virtute æquales, immo præ-
stantiores se posse arte perficere, arroganter, ne-
dicam impudenter, ostentant. Qua etenim ra-
tione confiant spiritum illum mineralēm æthe-

rēo-volatilem, aquarum medicatarum præcipuum & nobilissimum clementum, ac in morbis sanandis principem locum tenens, neutquam augrari valeo. Hac in re naturam imitari, impares sese fatentur sagacissimi quique. Ut taceam proportionem reliquorum ingredientium longe accuratissimam, ut & combinationem & mixtio-nem corundem sane inexplicabilem. Non e- quidem diffiteor, minerales aquas, naturalium, quibusdam in casibus, succedaneas, artificiose parari posse. Quæ tamen his, virtute & præstan-tia cedunt, & longe sunt inferiores. Simul et-iam contendō, hoc non agyrtarum, sed peri-torum & in arte verlatissimorum, operam exige-re. Nec levior eorum est temeritas, qui o-mnem, in debellandis morbis, prorsus dissuadent Fontium Soteriorum usum. Hi certe ignorant, quantum in naturæ sinu recondidit, quidve ex officina subterranea generi humano obtulit sum-mus rerum opifex. Talpâ sunt cœciores, non animadvertentes, prodigiosa ista aquarum mi-neralium effecta ac phœnomena, quæ quoti-dianâ experientiâ oculis ipsorum sistuntur & ob-versantur. Hac in transcurſu,

Deectis jam fontis nostri elementis, ingredientibus & principiis constitutivis, examinatisque, quā fieri potuit brevitate, eorum natura, indole, agendique in corpus humanum modo, superest, ut verbo tantum attingamus, quibus in morbis opem spondeat desideratissimam. Atonia ventriculi & intestinorum, qui infestantur, unde stomachus solvitur, diarrhoea, licteria &c. natales expissime ducunt, medicinam in aquis nostris roborantem, haud raro inveniunt naturae convenientissimam. Hypochondriacis haud leyi est fons noster solatio. Appetitum languentem erigit. Vertiginem, cardialgiam, colicam & visus debilitatem, levat & tollit. Maximum præprimis levamen ex aqua nostra persentiant, qui Dysenteria laborant. Horum molestissimum secessum sensim tuteque sifit; dolores mitigat atrociaque symptomata radicus extirpat. Hæmorrhagias narium, uteri & hæmorrhoidum nimias, feliciter compescit; obstructa vero vasa referat, horumq; orificia patula reddit, & apta pro solvendo tributo lunari sexus sequioris. Depressum convexus

tum hæmorrhoidalium fluxum, eodem agendi modo restituit. Chlorosin curat. In infarctu & obstructione viscerum, omne absolvit curationis punctum. Apoplecticis & paralyticis operitulatur. Scorbuticos sanat & scabie affectis medetur. Febres intermitterentes abigit. Cachecticis & Hydropicis auxilium fert. Calculosis, podagricis, arthriticis, rheumaticis, egregie prodest. Vermes saepè necat atq; expellit. &c. &c.

Nec minori gaudet prærogativa fons nostrarer externe usurpatus. In consolidandis enim ulceribus & exsiccanda scabie, ut taceam varios alias morbos, corticem corporis afflgentes, externo usu egregie se gerit. Balneum quoque & incessus in aquam tepidam fontis nostri, si rite instituitur & administratur, multis modis se commendat, internumq; usum insigniter secundat.

§. IX.

Quemadmodum vero una eademque medicina, virtutis licet sit spectatissimæ, in omnibus & singulis morbis auxilium ferre nequit; ita usum fontis nostri eidem fato subesse, iisdemq; limitibus circumscripsum, animadvertisimus. Unde,

Si effectus eventusq; votō non ubique respondent; caussa certe ex incongruo & intempestivo usu deri- vari & peri debet, neutquam vero aquæ adscriben- da est. Hinc, si in viscerum labe & consumtione hauritur, non potest non, ex necessitate princi- piorum, quibus agit, sinistros producere ef- fectus: ita quoque, in exulceratione & phthisi pulmonali, propinari non debet. Neque in e- rosione intestinalium, neque ubi nimis indurata & scirrhosa sunt viscera, conductit. &c.

§. X.

Hinc apparet, proprio auctu ad sacram hanc- ce anchoram confugere non licere; sed periti Medici consilium expetendum esse, qui singula, pro individui & circumstantiarum ratio- ne, dirigere atque dispensare curate valet. Quapropter etiam, quâ mensurâ, quave methodo & modo, pro tuenda vel recuperanda valetudine, hauriri debeat; ut supervaraneum determinare, consulto supercedemus. Panca tamen de saluber- rimo fontis nostri cum LACTE USU, coronie dis loco, addere è re esse videtur. Nota- tu enim est dignissimum, lac cum aqua no- stra amicissimum iaire connabium. Lac etiam,

qua

qua pollet facultate demulcendi, acria obtundendi, spicula salina involvendi &c. in medicina mirifice se gerit. Hinc ergo, quantam tons nosster in medendo acquirat efficaciam, facile quisque intelligit. Hisce H. L. contentus esto; atque uberiorē propediem expecta, & hujus, & reliquorum in Magno hoc Ducatu Finlandia, fontium medicatorum, descriptionem. Quod reliquum est, Deum preciamur, qui omnis bonitatis fons est. & scaturigo, velit fonti nostro suam ulterius addere benedictionem!

Tantum.

THESES MISCELLANEÆ

I.
Corpus Humanum est Machina hydraulica.

II.
Systole cordis & Diastole arteriarum, & contra, motus sunt synchronici.

III.
Vita, Sanitas, morbus, mortem caussantur.

IV.
Morbo, qui succumbunt, naturaliter non moriuntur.

V.

V.

Potbifici suffocatione perirent.

VI.

Aquae potus, robustioribus, omnium saluberrimus.

VII.

Aquam, vino melioris note permixtam, ferunt imbecilliores.

VIII.

Motus & Potus optima sunt sanitatis praesidia.

IX.

Lac, acida & dulcia, hypochondriacis noxia.

X.


Dysenteriam, qui solis excipiunt adstringentibus, aut necant, aut in alium morbum precipitant.

XI.

Saccharum saturni, arcanum circumforaneorum, Dysentericis, largiori imprimis manu, propinatum, est lethiferum.

XII.


Emplastrum, vulnera non consolidant.



Monsieur & cher Ami.

La joie, que je reçois des progrès, que Vous avez fait dans l'art incomparable de la Medecine, en donnant au public une savante Description des qualités, & de la nature de l'eau de Kuppis, m'oblige d'écrire ces lignes, pour Vous marquer l'amitié sincere, qui me fait prendre part à Vôtre bonheur. Il n'est pas en mon pouvoir, de Vous donner la louange, qui est due à Vôtre mérite, & à Vôtre vertu. Je Vous félicite seulement, de l'honneur auquel votre erudition Vous élèvera, & je Vous souhaite toute sorte de prospérité. Je voudrois, Mon cher Ami, Vous témoigner plutôt par des effets, que par des paroles, l'estime, & l'affection avec laquelle je demeure sans cesse,

Monsieur, & cher Ami



Votre très humble & très
fidèle serviteur

L. M. NORDSTEDT

Högwällärde Herr EKELUND.

Hin hålsa sag **ER** anförtrodt
 Och sedt hwad lidrlek hos **ER** bodt
 För den, så wähl som fleras.
 Nu hör jag och, at Kuppis **BRUNN**,
 Min Hålso-Brunn i denna stund,
 Af **ER** så högt wärderas,

At I des Wattns **HALL** och **BRUK**,
 Med **VALG** och **RÖR**, wil söka ut;
 Samt allom fundbart giöra.
 Min hålsa sag **ER** tackar för,
 Och swår, at ända tils sag dör
 Skal I mitt Losord höra.

Sa för det wärck I nu gien fram;
ER tacka lär hwar suktig man;
 Som jemte mig erfarit,
 At Kuppis **WATE** altid råt
 Och alla medel öfvergår.
 Ett Guda-Råd det warit

At denna kiällan taga opp
 Och rånsa så från tå til topp;
 Samt fria från des öde.
Herr EKELUND, **ER** önskar jag;
 At det I gjordt må bli en Lag;
 At lona **ER**, **ER** möda.

ELIAS BERCH,